

Band I., Nr. 72, Seite 80-81

Hadupert gibt Güter im Argengau an innen benannten Orten unter hinzugefügten nähern Bedingungen an das Kloster St. Gallen.

St. Gallen, 815. Juni 26.

(Chr.) In dei nomine. Pensandum unicuique menteque revolvendum est, sapientia dei quid per Salomonem fateatur dicens: redemptio animę viri proprię divitię eius; ipsa quoque sapientia, auctrix promissionis, et in perventione retributionis reconpensatrix, quid per semet ipsam repromittat adfirmans: date et dabitur vobis, et item: date elymosinam et omnia munda sunt vobis. Igitur ego Hadupertus his promissionibus fidem accomodans, tradens trado atque delegans transfundo ad coenobium sancti Galli, quod in perpetuum traditum ac omnimodis delegatum perpetim esse volo. Illud autem quod trado est situm in pago Argunense, et in locis insertis insubditis, id est, in Uuazzarpur et in Argunu, in Haddinuuilare¹ et in Ziagalpach, in Suuarzinbach et I hobam in Uuangun et I silvam inter duo flumina sitam, mihi siquidem a Fatere et Uuisiricho traditam, omne videlicet, quod mihi genitor meus Haddo moriens dereliquit, vel quicquid ego iure emptionis, aut quolibet ingenio in his et in ceteris locis acquirere potui, tam domibus, quam ędificiis, mancipiis, campis, pratis, silvis, viis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus atque immobilibus, cultis et incultis, seu quicquid dici aut nominari potest, omnia ex integro acquisita seu acquirenda ad prefatum trado coenobium perenniter ad possidendum. Ita duntaxat ut illud ad Suuarzinpach Theodoldus presbyter diebus tantum vitę suę habeat, censumque inde pro me annis singulis solvat, id est I solidum. Post illius autem obitum sub omni redintegratione ipso restituatur monasterio in ęvum ad habendum. Addito itaque, ut nullus unquam rector eiusdem coenobii licentiam a deo sibi habeat concessam, nec a sancta Maria ipsoque beato milite Christi Gallo, easdem prefatas res amodo in relinquam, et istam post memorati presbyteri obitum, ullo quolibet homini, seu seculari vita, clerico vel laico, degenti in beneficium dare. Quod si fecerit, Patucho aut alius quilibet proximus meus revocare ad se ipsas res licentiam habeat, et cum censu ad ipsum monasterium proserviat. Si quis vero, quod evenire difido, si ego ipse, aut ulla oposita persona contra hanc traditionem venire et

¹Ursprünglich mit Hatzenweiler, Wangen im Allgäu, RV, identifiziert, gehen neuere Deutungen auf Appenweiler, Wangen im Allgäu, RV, W; vgl. MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): *Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen*, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 368, Anm. 215.

II

eam conaverit infringere, affectum quem inchoavit non obtineat, et in erarium regis auri untias II et argenti ponderę V coactus exsolvat, sed nihilominus presens tradicio hec omni tempore firma et stabilis permaneat, cum stipulatione subnexa. Actum in ipso monasterio, publice, presentibus quorum hic signacula continentur. Signum Haduperti, qui hanc traditionis cartulam fieri rogavit. signum Uuisarichi. signum Herigeri. signum Adalperti. signum Alahuuihi. signum Selbonis. signum Perahtramni. signum Hadubranti. signum Adalrichi. signum Rathelmi. Drudbaldi. Uuicrati. signum Otbaldi. Ego igitur Bernuuicus inmerens diaconus anno secundo imperii Ludauuici imperatoris rogatus scripsi et subscripsi. Notavi diem Martis VI. Kalendas Iulias, sub Odalricho comite.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen II. 6

Editionen:

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 125. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 183 (Auszug). UB St. Gallen, Bd. 1, Nr. 215, S. 204 f.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

St. Gallen

Ortsindex:

Appenweiler Wüstung (26432)
 Appenweiler, Wangen im Allgäu, RV, W
 Argengau
 Hatzenweiler Wohnplatz (20397)
 Hatzenweiler, Wangen im Allgäu, RV
 Langenargen Wohnplatz (18010)
 Langenargen, FN
 Schwarzenbach Wohnplatz (20509)
 Schwarzenbach, Wangen im Allgäu, RV
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Wangen im Allgäu Wohnplatz (20537)
 Wangen im Allgäu, RV
 Wasserburg (Bodensee), LI
 Ziegelbach, Vorarlberg, Österreich